contra eoſ graviter florentini
Quoniam inter cetera respondenteſ
ut pareſ non distinxerunt tem-
pora et virtuteſ ac commendanteſ
prudentiam que patienſ et beni-
gna non patitur iniustitiam. susci-
tarunt opera questionum. item
imponenteſ invidiam super se
ipsoſ utique fabricarent. quo-
niam naturaliter ipsa non ha-
bitat in maioribuſ. Statuerunt
sumpto consilio eorumdem
terraſ violenter intrare ut sal-
tim illorum potentia cognita
desisterent adversarii. Appro-
pinquante igitur tempore quo
estaſ sumit initium illa
gueriatrix campana sonuit
et ut moriſ erat annuntiata die
itineriſ per preconem intrave-
runt ea die florentini pistorien-
sem hostiliter comitatum victo-
rioso preeunte carrocio combu-
rendo villaſ et loca regioniſ tote